

922  
17774  
S V P E R  
**DECIS. SAX. EL. XIX.**  
D. A. 1746.  
DISSERTATIO

Q V A M  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
C O N S E N S V  
P R A E S I D E  
**D. HENRICO GODOFREDO  
BAVERO**

SERENISS. SAX. ELECT. A C O N S I L L.  
P R O V O C A T T. R E L L.

D. IX. IANVAR. A. C. MDCCCLXXVII.  
I N A V D I T O R. I C T O R.  
T V E B I T V R

IOANNES AVGVSTVS GVILIELMVS  
LEHMANN  
GOEDA - MISN.

---

L I P S I A E  
E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A.





Q. D. B. V.



§. I.

obilium atque immobilium rerum venditionem, auctore, vel consentiente iudice publice factam obtentu laesioris enormis rescindi vetat in proposita decisione Serenissimus Saxoniae Electoralis Llator. Quae vti per se clara sunt et perspicua, neque commentatione villa, neque illustratione verbosa indigere videntur. Idque in se quidem verum est. Quodsi si tamen, vt est, rem consideramus, quaeque moueri lites possunt nostrae legi affines, omnes largientur, his recte iudicandis imparem esse, qui non totam rem a principio petierit.

§. II.

Beneficium rescissionis ob laesiorum infra iusti pretii dividium vel ultra duplum, cuius indolem nuper in commen-  
tatione ad praecedentem decisionem exposui, soli venditori Imperatorum DIOCLET. et MAXIM. constitutio tribuit. Quaedam pactorum fidei quodammodo detrahit, coarctanda potius videri poterat, quam amplianda. Verum ob amicam eius cognitionem cum aequitate, quae aegre fert, al-

\* 2

terum



terum cum alterius detimento locupletiorem fieri, et circumventionibus modum statuere suadet, potissimum interpretatione prudentum, ac dein quoque Principum placitis effectum est, vt exceptio regulae naturam assumferit, vi cuius, in quibuscumque negotiis, quod alio loco probauit, damnum tempore contractus certum, idemque abnorme potest monstrari, legis beneficium obtinet. Adeo, vt vel transactiones eius auxilio impugnare contra iuris Romani rationem finat Const. XXXIV. Part. II.

### §. III.

Quae cum ita sint, non dubito assentiri MENCKENIO, qui ad Pandectt. L. XVIII. Tit. V. §. 7. argum. l. 2dae remedio factam a Iudice venditionis confirmationem. Aut nihil ad alienationis substantiam attinet confirmatio iudicis, solumque involuit necessariam Germanorum iure in transferendo dominio investituram, tum contrahentium iuri, quale ex contractu ipso promanat, quem titulum vocant, vel addere quicquam vel detrahere eo minus valet, quo minus agitur super iure disputatio, vt potius ab vitroque, venditore pariter, quod exemplo sit, atque emtore imploratus hunc investiat. Aut praesente et consentiente iudice rerum suscipiunt alienationes, quod in hereditatum divisione sit saepius, idque, quum sit plane superfluum, iustitiae quidem praesumptionem aliquam infert, caeterum vero rem aequem minus mutat.

### §. IV.

Aut requiritur tandem iudicis consensus ad venditionis validitatem, quod de minorum pupillorumque fundis scimus omnes. Quarum personarum quia utilitati omnii ex parte ius ciuile cauet, iustumque premium in rebus eorum omnibus vendendis praesertim exigit, quis facile ratam

tam habeat venditionem, quae tanto vitio laboret. Ut potius in hoc exemplo venditio ipso iure sit irrita, nec opus vel rescisionis remedio. Caeterum Decisio nostra, non in sola iudicis auctoritate vel consensu acquiescir, sed publice factam simul ponit ex lege subhastationis auctionisue venditionem.

#### §. V.

Ponamus, iudicem tutoris precibus concessisse, fundumque pupilli, nulla venditionis necessitate probata, hastae subiecisse, et omnia subhastationis formalia lege praescripta obseruasse, nec tum tuebitur possessorem nostra Decisio. Ut potius alias tutor, in eius locum, qui venditionem impetraverat, et cui proprium factum impugnare non licet, surrogatus, vel pupillus ipse maior factus, venditionem et si publicam ob defectum necessitatis factam iure suo nullam dicat, modo intra quinquennium a maioris aetatis initio computandum actione vtatur, *l. fin. C. si maior factus.* Supponit nimurum Serenissimus Lector in proposita lege subhastationem legitimam, vti ad legitimam venditionem ipsa *l. z. C. d. resc. vendit.* pertinet. Si quidem rescisionis beneficio in negotiis ipso iure nullis nequaquam opus est.

#### §. VI.

Quum vero tam late pateat, tantusque sit favor *l. 2dae*, vt vel transigentibus, licet paciscantur super re dubia, patrocinetur, forte rectius mireris, eam in publicis venditionibus legitime factis omnino exulare. Quo frequentiora, proh dolor, nostro tempore obueniunt exempla fundorum sub hasta vilissimo pretio comparatorum. Vel, quod rerum vendibilium amatores oblatum pretium superatum iri metuunt, vel, quod in loco publico, ob id, quod omnibus aditus pater, emere nolunt,



vel, quod alias ob causam, nescio quam, id ipsis pa-  
rum opportunum est. Quae quoniam quotidiana ex-  
perientia edocti cernimus omnes, id simul efficere viden-  
tur, ad eruendum iustum pretium non omnino condu-  
cere publicam venditionem. Simulque, hoc principio as-  
sumto, minus recte exemptionem a legis 2dae beneficio  
ei tribui, eo magis consequeretur, quo saepius, inuitis do-  
minis, et ob id miseratione inprimis dignis, auctiones  
subhastantionesque decernuntur.

### §. VII.

Salua res est. Iura non in singulas personas, sed ge-  
neraliter constituantur, nec potest tantum concedere  
Princeps peruerso genio ciuium, ut fidem publicam la-  
befactari permittat. Sufficere debet, modum veri pretii  
eruendi iustiorem certioremq[ue] subhastantione vel au[n]ctio-  
ne nullum esse, publicamque utilitatem singulorum com-  
modis praefantioriem. Quae quum ita sint, effici-  
tur, constitutum hac ratione pretium commune existi-  
mari l. 63. D. ad Leg. Falcid. l. 8. C. de Remiss.  
*Pign.* huiusque emtionis praesidium fortissimum esse  
debere,

### §. VIII.

Caeterum verba legis nostrae, auf Anordnung, oder  
mit Geheimhaltung des Richters, nisi me fallunt omnia,  
euincunt, Legislatorem non solum respexisse ad subha-  
stantiones auctionesue contra debitores morosos et inuitos  
secundum legis normam factas, sed eandem dicere legem  
voluisse factae a domino in priuatis aedibus et per priu-  
atum praecomen publicae venditioni. Puto, ad quam po-  
pulo certiori per nouellas tabulasue publicas futuri nego-  
tii facto aditus, quaeque sic peracta fuerit, vt alter alte-  
rum emtor licitando superauerit. Haec enim certe ad  
sub-

7

subhastationis auctionisque publicae naturam censeo perti-  
nere.

§. IX.

Quoniam, quod supra §. 2. monui, lex nostra exceptio-  
nem continet, neque sola venditio publica, neque subhasta-  
tio vt ita dicam, vel auctio sola rescissionis beneficio vendito-  
rem exuit. Vtrumque potius, vt res publice subhastatione,  
vel per auctionem vendita fuerit, requiritur. Quod natura  
exceptionum, ipsaque verba legis, vermitelst einer Subha-  
station oder Auction öffentlich verkauft worden, abunde  
comprobant. Igitur ad licitationes priuatas, a coheredi-  
bus aliusue condominis institutas, et si plus licitando se in-  
vicem superauerint, adeoque auctionis lege factae fue-  
rint, produci Llatoris voluntas non patitur. Praeser-  
tim, quia non constat, annon extraneus admissus pluri-  
mum offerentem forte superauerit.

§. X.

Eandemque ob causam negotium nobis faceſſit ex-  
emplum in §pho XIX Ordinat. Proc. Recogn. proposi-  
tum. Die videlicet subhastationi destinato si vnuſ adſit  
emere paratus, cum eoque, quoniam oblatum nemo  
superare pretium velit, iudex venditionem contrahat.  
Contra eiusmodi emtorem, quia publice quidem, verum  
non praevia subhastatione fundum acquisiuit, secundum  
principia modo stabilita audiendus erit prior dominus, si  
minus iusti pretii dimidio solutum esse queratur. Et  
quamuis forensibus hisce disputationibus obuiam ire Lla-  
tor voluisse videatur, concessu debitori intra ſemestre et  
protimiseos, et pinguioris emtoris offerendi iure, hac  
tamen cautione debitorem, eiusue ſuccefforem vniuersa-  
lem prouocatione ad l. 2dam exutum vix puto. Si qui-  
dem Llator cit. loc. vt ſuper aequabili pretio conueniat,  
ſimul



simul iubet, quod inter, et enormem laesione, perpetuam esse pugnam nemo est qui ambigat. Certe, si quid video, cit. §. 19. Ord. Pr. Rec. ultra necessariam subhastationem extendi non debet, adeoque non denegari l. 2dae beneficium, si voluntariae subhastationis propositum eiusmodi venditio sequatur. Nisi pacto simul renunciatio facta, aliasue legitimae replicae praesidium emtorem tueatur.

§. XI. <sup>et capitulo non habet capitulo</sup>

Quam denique MENKENIUS L. XVIII. Tit. V.  
§. 7. exceptionem ob fraudem licitatoris probatam admittit, ob eamque querelam laesonis ultra dimidium priori domino contra emtorem tribuit, illi parum patrocinari puto. Cui videlicet, si dolum probauerit, ob quamcumque laesione iudex succurrere debet.

Leipzig, Diss., 1777 A-0

ULB Halle  
004 568 583

3



sb:

f



17774

SUPER  
AX. EL. XIX.  
A. 1746.  
ERTATIO

QVAM  
ICTORVM ORDINIS  
ONSENSV  
AESIDE

CO GODOFREDO  
AVERO

A. ELECT. A CONSILL.  
OCATT. RELL.


AR. A. C. MDCCCLXXVIL

IT OR. ICTOR.  
FVEBITVR

GVSTVS GVILIELMVS  
HMANN

GOEDA - MISON.

IPSIAE  
NALANGENHEMIA.



Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

B.I.G.